# De Pessis pro retinenda vulvae procidentia, ~~quaque~~ et eorum incommodis.

Ubi os vulvae prociderit, nulla non datur materies, è qua non aliquando pessi confecti fuerint: ex auro nimirum, ex argento, stanno, plumbo, ex ebore, subere, ligno vario, ex lana, spongiis, ex gummi elastico Cayennensi; quin immo ex pomis aurantiis, quemadmodum ex Lamoriero (a) discimus. Forma ipsa non minus diversa adhibita fuit, cylindracea, piriformis, sphaerica, in universum tamen ~~ex~~ subjecta fuerunt pessaria plana, orbicularia, ex subere cerâ cum ~~[illegible]~~ colophonii parte 1/4 oblinito.

Si suber limis exacte laevigatur nocet parum, frequentissime verò a Chirurgis imperitis, et â mulierculis adeo rudites ex subere efformantur pessi, ut, detritâ cerâ, subito superficie aspera, duraque uteri ostium, vaginamque laedant adeo, ut misere exulcerentur. Eo in casu feminae primum de albo fluore conqueruntur, antequam de pessario ~~[illegible]~~ saepe ante annos aliquot subdito, et penitus neglecto cogi- ~~tent~~.

Incommoda illa ut anteverterem, adhibui pessaria ex plumbo, ~~et~~ ac stanno excavato intus cerâ repleto; verum cum haec nuptis minus conveniunt, spongias admovi Hippocratis (b) praecepta secutus. Mauriceau (c) earum incommoda recensuit, ideo neglectae prorsus, postea vero de novo â Celeb. Chirurgo Jean, ~~[illegible]~~ usurpatae fuerunt, nec dissimulandum, eas ditioribus feminis egregie convenire quoniam ipsae depuratas, novasque spongias sibi subjicere queunt. In junioribus igitur feminis, et ubi totus uterus loco motus non est, laudem merentur.

(a) Mem. de Montpellier Tom. 2. pag. 221. obs. 3. (b) De morb. mulier: Lib. 2. sect. 4. p. 658. 5. Ed. Foes. (c) malad. des femmes Liv. 3. ch. 6. p. 392.

Composueram Londini Aº 1752. una cum Celebri quondam, W. Smellio, ex Sureti et Rogersoni pessariis, eburneum, cujus formam, et adhibendi modum descripsit Smellius,(d) quemadmodum in popularium meorum usum de industria feci in altera editione Belgica Mauricei, Aº 1759. (e)

Accidit autem, ut tale ex ebore confectum Pessarium viduae, effetae subjectum, per multos annos gestatum fuerit, habenis, quibus sustinebatur, tantum renovatis: donec restituto vulvae robore, extraxerit ipsa, atque Celeb. M. D. G. Coopmans tradiderit, qui pessarium illud, mirum in modum mutatum ac detritum, cum incurvatione pediculi, mihi dono dedit.

Figura prima lineâ punctatâ Eburneum primordiale ut ita dicam pessarium repraesentat, A B E, F, G. atque, a, b, d, f. immutatum ac deforme. Est autem pars summa a, b, l, k. in speciem Margae pinguis decomposita, modo prorsus simili, quo ebur fossile variis in locis saepe reperitur. Lumina rotunda E, G. à habenis oblonga e, g, facta sunt. Pars inferior parum erat immutata.

Hippocratis ad exemplum ex metallo, et quidem ex stanno conficienda curavi, neglectis postmodum foraminibus, 1. 2. 3. Fig. 1. nam quum obliquum situm semper obtineant pessaria, ex arte naturalibus condita, ea inutilia judicavi. Centena applicui felici semper cum successu, stannum enim abuteri humoribus non afficitur, neque atterit internam vulvae membranam tenellam. Nuptis

(d) Anat. tables. Plate 38. fig. B. B.

(e) Diss. VI. pag 64. praeprimis p. 67. §5. Tab. II. fig. V.

Composueram Londini Aº 1752. una cum Celebri quondam, W. Smellio, ex Suret et Roonhuysii pessariis, eburneum, cujus formam, et adhibendi modum descripsit Smellius,(d) quemadmodum in popularium meorum usum de industria feci in alterâ editione Belgica Mauricei, Aº 1759. (e)

Accidit autem, ut tale ex ebore confectum Pessarium Viduae effetae subjectum, per multos annos gestatum fuerit, habenis, quibus sustinebatur, tantum renovatis: donec restituto vulvae robore, extraxerit ipsa, atque Celeb. M. D. G. Coopmans tradiderit, qui ~~[illegible]~~ pessarium illud, mirum in modum mutatum ac detritum, cum incurvatione pediculi, mihi dono dedit.

Figura Prima lineâ punctatâ Eburneum primordiale ut ita dicam pessarium repraesentat, A B E, F, G. atque, a, b, d, f. immutatum ac deforme. Est autem pars summa a, b, l, k. in speciem margae, pinguis decomposita, modo prorsus simili, quo ebur fossile variis in locis saepe reperitur. Lumina rotunda E, G. ~~[illegible]~~ à habenis oblonga e, g, facta sunt. Pars inferior parum erat immutata.

Hippocratis ad exemplum ex metallo, et quidem ex stanno conficienda curavi, neglectis postmodum foraminibus, 1. 2. 3. Fig 1. nam quum obliquum situm ~~[illegible]~~ semper obtineant pessaria, ex arte naturalibus condita, ex multis judicavi. Centena applicui foelici semper cum successu, stannum enim abuteri humoribus non afficitur, neque atterit internam vulvae membranam tenellam.

Nuptis

(d) Anat. Tables. Plate 38. fig. B. B.

(e) Diss. VI. pag 64. praecipuis p. 67. § 5. Tab. II. fig. V.

Nupti etiam haec apta sunt, quoniam ante veneris usum tolli possunt, etiam ante decubitum, adeo ut surgentibus depuratum habenis renovatis instructum, pro lubitu et vario morbi statu auctum vel imminutum pessarium de novo subjici queat.

Praesidia haec omnibus feminis apprime conveniunt, prodetioribus vero ob glabritiem et levitatem ex auro tenui, excavato conflari possent. Fatendum tamen habenas urina madidas saepe admodum incommodas esse mulierculis, ferendas tamen quoniam uterus totus prolapsus ut vulvam scrotum ipsum mentitur quemadmodum Hippocrates ~~fere~~ observat, horrendum adeo ac intolerabile est ostium, ut incommodis his nolens volens se submittere cogatur mulier.

Obstetrix interea Franequerae, quum audiverat stannea pessaria cum fructu adhiberi, ignara vero rationis adplicandi, neglectisque habenis ac cingulo, ingens pessarium stanneum ei in vulvam veterae demisit: quae post sex annos de dolore insigni conquesta, frustra Obstetricis auxilio invocato tandem cl. Grooptmanni curae se subjecit. Is fistulam haud mediocrem inter intestinum rectum et vaginam detegens, demisso digito in anum pessarii orbem A.B. fig 2. offendebat protinus, atque petioli terminum P.Q. propter ?? structuram versus urethram, cujus membranam valdequam excoriaverat.

Urina per fistulam intra intestinum rectum delapsa erat continue, saepe alvus ~~[illegible]~~ se per vaginam ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ exoneraverat. Hinc ingens incrustatio materiae calculosae ~~atque~~ [et culentae] atque super tabulam pessi c, d, e. cujus altitudo in catagrapho c, e, f conspicua est; materie similis circa petioli collum g, i, k, l. reperiturn et paulo inferius i, n, o. Lumina P.Q. etiam calculosa materie oppilata erant, nunquam enim habenas duxerant.

Vulvae ostio digitos ob nimiam constrictionem negante pessarium integrum extrahit per anum, tale, quale hic

Qui fig. 2. ~~[illegible]~~ delineatum conspicietur!
Miraremur hunc eventum, nisi magna ossa foetuum extra uterinorum per fistulas intestini, lento gradu productas ~~per an~~ ex ano expulsa fuisse compertum esset.

Sublato pessario, et lotionibus aptis depurata sede symptomata omnia paulatim evanuerunt; remansit autem fistula, excrementa utraque vicissim transmittens per plures menses; Patet inde pessaria eburnea licet aptissima renovanda esse; etiam stannea, attendendumque ne pondere et mole noceant: Pauperculis ideo ex buxo vel guajaco exhibenda, ac saepe renovanda, quoniam vili pretio ea sibi acquirere possunt.

Non ab re erit, si addam, Roonhuysium ~~olim, et~~ ~~[illegible]~~ ex Discipulos aliquos, pessaria fere sphaerica, petiolo ornata, feminis subjicere, atque habeni fulcire. Celebri Manninghamus Londini usus est sphaeris ligneis, concavis, quas peritissimus medicus Obstetricarius Denman tanquam cum successu à se in difficillimis casibus adplicatas nobis nuper Londini mense nov. 1785. summopere commendavit. Extrahi vero nequeunt, nisi vecte, vel uncis Celsi. Mulier igitur, cujus historiam prodidit Cl. Lamorierius, optime sibi consuluit demittendo primum pomum aurantium, deinde hoc putrescente sphaeram ex ligno saliceo confectam.




Fig. 1.




Fig. 2.

Figura Prima, lineis punctatis pessarium Eburneum repraesentat originale: alterum vero lineis sparsis ductum, decompositum, et imminutum.

Figura Secunda, Stanneum, crusta calculosa auctum; per anum extractum.

P. Camper f. Lancum
26 Maji
1786

Nuptis etiam haec apta sunt, quoniam ante veneris usum tolli possunt, etiam ante decubitum; adeo ut surgentibus depuratum habenis renovatis instructum, pro lubitu, et vario morbi statu auctum vel imminutum pessarium de novo subjici queat.

Praesidia haec omnibus feminis apprime conveniunt, pro ditioribus vero ob glabritiem et levitatem ex auro tenui, excavato conflari possent. Fatendum tamen habenas urina madidas saepe admodum incommodas esse mulierculis, ferendas tamen quoniam [uterus totus prolapsus] uti ~~vitium~~ scrotum ipsum mentitur quemadmodum Hippocrates ~~[illegible]~~ observat, horrendum adeo ac intolerabile est vitium, ut incommodis his nolens volens se submittere cogatur mulier.

Obstetrix interea Franequerae, quum audiverat stannea pessaria cum fructu adhiberi, ignara vero rationis applicandi, neglectisque habenis ac cingulo, ingens pessarium stanneum in vulvam vetulae demisit: quae post sex annos de dolore insigni conquesta, frustra Obstetricis auxilio invocato tandem Cl. Gloopmanni curae se subjecit. Is fistulam haud mediocrem inter intestinum rectum et vaginam detegens, demisso digito in anum pessarii orbem A.B. fig 2 offendebat protinus, atque petioli terminum D.Q. propter sphincteris stricturam versus urethram, cujus membranam valdequam excoriaverat.

Urina per fistulam in intestinum rectum delapsa erat continue; saepe alvus ~~[illegible]~~ se per vaginam ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ exoneraverat. Hinc ingens incrustatio materiae calculosae [et calcareae] atrique super tabulam pessi C.D.E. cujus altitudo in catagrapho c.e.f. conspicua est; materies similis circa petioli collum g.i.k.l. reperitur, et paulo inferius in n.o. Lumina D.Q. etiam calculosa materie oppilata erant, numquam enim habenas duxerant.

Vulvae ostio digitos ob nimiam constrictionem negante pessarium integrum extrahunt per anum, tale, quale

hic